¶ Propoſitio facta ꝑ oratores. S. D. N. Inno. pape. viij. corã xp̄i aniſſimo dn̄o Carolo. viij. Frãcoꝝ rege: ⁊ eius ꝯſilio ꝓponente R̄do p̄re dn̄o Leonello ep̄o Traguriẽn. vno ex eiſdẽ oratorib⁹: Pariſius in palacio regio. die. xx. Januarij. M. cccc. lxxxviij.

ROmani pontifices xp̄ianiſſime rex: quib⁹ a ſaluatore nr̄o in perſona bt̄i Petri apl̄oꝝ principis: vt ex ſacro euangelio edocemur: dn̄ice oues in ligationẽ ⁊ ſolutionẽ: in edificationẽ ⁊ cõfirmationẽ paſcẽde credite ſunt. Conſueuerũt oliꝫ maiores tuos exhortari: vel vt ſacroſanctũ redẽptoris nr̄i ſepulchrũ ⁊ oriẽtales ꝓuincias ex Barbaroꝝ faucib⁹ eriperẽt: vel vt laborãtibus in Aſia xp̄i fidelibus opem ferrẽt. Feruẽteqꝫ tunc in deum timore pariter ⁊ amore: ac in ꝓximũ charitate: audita ẽ vox incãtantis patris: incãtantis ſapiẽter. Procul aberat periculũ: ⁊ nihilominus nõ ꝓpagandi imperij: aut humane laudis cupidine moti: ſed ⁊ auertẽdi tam ingentis opprobrij a nomĩe xp̄iano: ⁊ acquirendi aĩas deo. Ac celeſtẽ ⁊ ĩmortalẽ gloriã adipiſcẽdi ardore ſuccenſi: exercitus maximos: inſtructiſſimoſqꝫ: paratiſſimas claſſes: cũctas regni opes: ſemetipſos deniqꝫ: cũ filijs ⁊ fratribus inflãmante ſummo põtifice: tam ſancto operi deuouerũt. ¶ Nota ſunt eiuſmodi glorioſa ĩmortaliaqꝫ exẽpla xp̄ianiſſ. rex: nõ opus eſt multo in eoꝝ inquiſitiõe ſtudio atqꝫ labore. Viuũt enĩ deo felices ille aĩe: volitãtqꝫ per ora hoĩm ſempiterna cũ laude. Bolionij fratres Gotifredus Euſtachius ⁊ Balduinus. Viuũt magnus Hugo Philippi francoꝝ regis frater: Robertus Normãdie: Rupertus Flãdrie: Stephanus carnoti: ac Raimũdus ſcĩ Egidij comites: qui vna cũ multis alijs ꝑ̄ncipibus: hortãte Vrbano. ij. põti. max. in Aſiam ſecũ ingentes xp̄i pugilũ copias ducẽtes ꝓfecti: editis maximis infideliũ ſtragibus: Antiochiã Hieruſalẽ: ꝯpluresqꝫ alias clariſſimas vrbes ex eoꝝ tyrãnide receperũt. Celebris quoqꝫ eſt memoria Ludouici francoꝝ regis: qui ſuadẽte Eugenio. iij. ſummo pontifice: ſalutifera cruce inſignit⁹: coacto paratiſſimo exercitu Antiochiã

Inc 1277

delatus:nõ mediocri rei xp̄iane adiumẽto fuit·Nulla vnq̄ ob/
ſcurabit obliuio p̄clariſſimas Philippi francoꝝ reg:⁊ Odonis
Burgũdie ducis res pro fide orthodoxa impigerrĩe geſtas:qui
periclitãtibus xp̄ianis in Aſia:Clemẽtis·iij· Romani põtificis
monitõibus excitati ſimul cũ multis alijs principibus maximũ
preſidiũ attulerũt·Frequens eſt in benedictõibus alteri⁹. Itez
Philippi francoꝝ regis recordatio:qui ꝯgregato in Gallijs ab
Odone Tuſculano ep̄o Cardinale Innocẽtij·iiij·⁊ ap̄lice ſedis
legato:ĩnumero cruce ſignatoꝝ exercitu: ducẽ vltro ſe prebuit:
illoq̄ in inſula Cypro aucto ad Damiatã vrbez inſignẽ obſidẽ
dam perrexit. Rurſuſq̄ Clemẽtis·iiij·ſummi pontificis ſuaſio/
nibus motus:illo iam defuncto:⁊ ap̄lica ſede vacãte vna cũ Al
banẽ.ep̄o cardinali ſedis eiuſdẽ legato:maximã in Afros du/
xit expeditionẽ:illis domitis in Aſiã ad ferendũ cõmodius xp̄i
anis auxiliũ ꝓfecturus·Quẽ Maſſilia ſoluentẽ tres quoq̄ eiuſ
filij ⁊ rex Nauarre:ac Theobaldus Cãpanie comes ſecuti ſunt
tãtus erat ꝓpulſandi inimicos crucis xp̄i:⁊ religonis nr̄e ꝓpa
gande in hac inclita regia domo animoꝝ ardor· Poſt hac frige
ſcẽte vbiq̄ terraꝝ charitate:torpẽtibuſq̄ principib⁹:⁊ romanoſ
põtifices clamãtes:audire nolẽtibus:ſeu inuicẽ inteſtino bello
digladiãtibus:vireſq̄ reipublice xp̄iane cõſumentibus:ꝓlapſa
eſt mirũimmodũ res xp̄iana inuictiſſime rex:eoq̄ vt vides de/
ducta eſt:vt nõ iam pro Hieroſolimis:pro Aſia: pro Grecia ad
te:ſicut maiores tuos:hortãdũ huc nos miſerit ſctã ſedes ap̄li/
ca:⁊ illi p̄ſidens ſummus põtifex Innocẽtius·viij·qui te cũ ma
iorũ tuoꝝ:⁊ clare p̄ſertim memorie Ludouici p̄ris tui:ſingulari
bus in eandẽ ſedẽ meritis:tum ingenti ſpe:q̄ pro eadẽ ſede ex
preſtantiſſima indole tua cõcepit:incredibili dilectione cõple/
ctit̄·Sed pro Italia:pro ipſis ſancte Romane eccleſie oppidis:
ciuitatibus:ac peculiaribus pp̄lis te hortatũ venimus xp̄ianiſ/
ſime p̄nceps:Quos vt illi vel cõſeruarẽt: vel reſtituerẽt: preter
Pipinos ⁊ Carolos cõplures maiores tui frãcoꝝ reges:ꝯ ipſiuſ
hoſtes bella ſumẽtes:nullis ſumptib⁹:nullis laboribus: nullis

periculis pepcerũt· Quis tp̄ibus regũ ꝓgenitoꝝ tuoꝝ: quos cõ
memorauimus: credidiſſet inuictiſſime rex q̄ hac tẽpeſtate te ꝑ
Italia pro terris ſcẽ Ro. eccleſie ꝯtra ĩmaniſſimos religiõis xp̄i
ane hoſtes Turcos: hortatũ venturi eſſemus: cũ eo tp̄e in Pale
ſtina in egypto: ꝛ in finibus Aſie cõtra illos pro fide xp̄i ab eiſ-
dẽ ꝓgenitoribus tuis certaret· Sz vereor ne eo mõ quo in has
calamitates lapſi ſumus: in deteriores quoqꝫ (niſi id de⁹ auer-
tat) incidamus· Olim ſiquidẽ torpẽtib⁹ vt modo dicebam xp̄ia
nis ꝑncipib⁹: ſeu inter ſe diſſidẽtib⁹ ꝛ finitimoꝝ clades affectã
tib⁹ Gregorij·x· in ꝯcilio Lugdoneñ· cura vel ſollicitudo ſuppe
tias ferẽdi hieroſolimis ſortiri nequit effectũ· Inſup Nicolaus
ponti· eius noĩs quartus propoſito cruce ſignandoꝝ militũ edi
cto: ne in Aſiã xp̄iana res penit⁹ deperiret: data ex eccleſie era-
rio pecunia mille ꝛ quingẽtos equites cõduxit: in Aſiãqꝫ depor
tari curauit: quos lz ingẽs cruceſignatoꝝ multitudo ſecuta ſit:
magis tñ pernicioſa q̄ꝫ vtilis extitit: cũ nullus xp̄ianoꝝ princi-
pum ſe illi ducẽ obtulerit: ſub Bonifacio item· viij· anno iubilei
ab eo celebrati: ĩnumera multitudo hieroſolymitane expeditõĩ
deuota: ſi ducẽ quẽpiã nacta eſſet: in Aſiam alacriter ꝓperaſſet·
Multa quoqꝫ a Clemente· v· ponti· maxi· in cõcilio Vieneñ· de
auxilio Hieroſolymã mittendo tractata ſunt: que negligẽtibuſ
principibus xp̄ianis euanuerunt· Quãuis enĩ Philippus fran
coꝝ rex cũ duobus filijs Ludouico rege Nauarre: ꝛ Carolo Ve
leſij comite ſuccurrẽde hieroſolyme ſe deuouiſſet: in irritum tñ
oĩa cecidere: Ex eo tp̄e deſperatis xp̄ianis rebus: in Aſia inua-
luerũt adeo religionis nr̄e hoſtes contra nos inuictiſſime prin
ceps: vt nõ longo tp̄is interuallo: eiectis ex cõtinenti Aſie xp̄ia
nis: tranſmiſſoqꝫ Boſphoro Thracio Europã infeſtã reddere ce
perit: ꝛ capta Hadrianopoli Conſtantinopolim: ꝛ reliquã Gre
ciã diu vexatã in eas anguſtias adduxerũt: vt non multo poſt
tẽpore cum ingenti nominis xp̄iani iactura ꝛ ignominia: in eo
rũ venerit poteſtatẽ· Iactabant xp̄iani pñcipes illos hereticos
dignos ope nõ eſſe: ꝛ nõ aduertebãt occupato Europe clauſtro

auctoq̃ virib⁹ ⁊ locis oportunis hoste ⁊ mar᷑ ⁊ terre: vt cõtigit
liberꝫ aditũ:ne dicã imperiũ adepturũ. Aggreſſus eſt inde Me
ſios:mox Noricos inferiores:⁊ nemīe illis velut heretic᷑ ſeu ſciſ
maticis opem ferẽte:breui tpe ſine cõtrouerſia ſubiugauit· An/
rit hec cura preſtantiſſimũ illũ Romanũ pontificum Eugeniũ
iiij·qui q̃uis plurimis difficultatibus circũdatus eſt:cupiens
tñ his:ne ſequerent̃ occurrere:miſit terra mariq̃ legatos:para
tiſſimis cũ exercitib⁹:⁊ claſſib⁹ ꝯtra cões hostes: qui reliqs p̃n
cipib⁹: Pãnonice rege excepto:quieſcẽtib⁹· Demũ eoꝝ īnumera
bili multitudini nõ ſine ingẽti cede cedere ſunt coacti· Anrit ⁊
alios etatis nr̃e pontifices:qui ⁊ claſſes cũ legatis in hãc ſcãm
expeditionẽ deſtinarũt:⁊ ſuas qñq̃ perſonas obtulerũt· Sꝫ po/
tentioꝝ principũ preſidio deſtituti: paꝝ vel nihil ꝑficere value
runt· Nemini xp̃ianiſſ·princeps vanas me ſepe antea voces il/
las audiuiſſe nullos adhuc catholicos p̃ncipes vel ppl'os fuiſſe
a Turcis oppreſſos:aut vllo detrimẽto affectos:ſed indicto ve
netis bello: Macedonia:totoq̃ Illirico depopulato:factis ī pã
nonias ⁊ in Noricũ ſuperius īnumeris excurſionibus:ita vt in
ipſam vſq̃ Bauariã penetrarint:oĩa igni ⁊ ferro vaſtãtes:Ca/
ptaq̃ Calcide:⁊ Scodra recepta. Cognitũ eſt tandẽ etiã catho/
licos ipſos hoc malũ app̃hendere poſſe. Miſerũ ſane erat audi
re tẽpla ſacraq̃ oĩa incenſa ⁊ diruta aut ꝓphanata:interfectos
ſacerdotes ⁊ ſenes om̃i genere atrociſſimi cruciat⁹:iuuenes vir
gines ⁊ pueros:velut pecora lõgo agmine ꝯcatenatos:in nefan
dã ſeruitutẽ abduci:ſed miſerius erat miſerũ ipſum ſpectaculũ
cernere· Tanta diuerſis tp̃ibus ex regionib⁹ illis: p̃ter necatos
⁊ vili ſeruitio addictos:abacta eſt xp̃ianoꝝ multitudo: quibus
milicie educatis:exercit⁹ ſuos turcus inſtruxit:q̃ illis ꝓ nobis
pugnãtibus:ſi ita a p̃ncipibus nr̃is fuiſſent inſtituti:ex Euro/
pa ſaltẽ facile pelli potuiſſet· Taceo quãtũ auri: quãtũ argenti
aliarũq̃ opũ aut aſportauerit:aut ex captiuoꝝ redemptionibuſ
corraſerit· Que ſi ꝯtra eũ impenſe fuiſſent: nõ tam ex ꝓpinquo
nunc periculũ iſtud deploraremus· Pugnatũ eſt cũ Turcis ab

ipſis quoq; Germanis gēte bellicoſiſſima: dū ipſis in ꝓprijs la
ribus reſiſtūt. Sed q2 incaut9 pugnauere: vel plurib9 paucioreſ
ſupiores eſſe nequiuerūt occulto dei iudicio turci cruētiſſimas
ſemp in eis ſtrages edidere. Pugnatū eſt etiā apud Sontiū am
nē in faucib9 Italie a parua venetoꝝ militū manu cū eoꝝ innu
mera multitudine pari fortuna: dū eoꝝ in Italiā excurſionē re
primere cōtendūt: que clades ingentiū extitit cauſa maloꝝ. Cō
fecta enī cū venetis pace q2 ſoli diuti9 tantā belli molē ſufferre
nequibāt: Turcus alia via tentandā eſſe Italiā ratus: traiecto
ex Aulone adriatico ſinu: ꝛ expoſit9 in Apuliā haud exiguis pe
deſtriū ꝛ equeſtriū militū copijs: ex improuiſo tāto impetu Hy
druntē ei9 regionis metropolim oppugnare adort9 eſt: vt pau
cis poſt dieb9 nemine ſuccurrēte illā vi ceperit: omniq; crudeli
tatis genere in ea ſit debachat9: ꝛ archiepō pontificalibus orna
mētis induto: cū clero ꝛ ciuibus in eccleſia trucidato: ſacriſq;
oībus ꝓphanatis ꝛ ꝓſtitutis virginib9: iunioribuſq; cū pueris
Cōſtantinopolim in miſerrimā ſuitutē miſſis: maximū vniuer
ſale Italie terrorē incuſſit. licz aūt Ferdināđus rex a Sixto. iiij
ponti. max. ſacroq; reuerēdiſſimoꝝ. S. R. E. cardinaliū cetu pe
cunia adiut9 terreſtrē exercitū ꝯtraxiſſet. Idēq; Sixtus inſtru
ctā claſſem cū legato illuc direxiſſet: niſi tñ diuinū nobis affu
iſſet auxiliū quo Mahumeti turcoꝝ tyrāni mors: ꝛ inter filios
diſcordia interuenit: formidandū eſſet incendiū illud lati9 fue
rit diffundendū. Vides xp̄ianiſſime rex q̄ʒ breui tpe ex Aſia in
Italiā ꝓgreſſa ſit Turcoꝝ ſeua potētia. Sed qđ lugubrius eſt:
factus eſt Turcus oīm ſceleſtorū Italoꝝ ex tāta vicinitate ꝛ ter
ra mariq; tam formidoloſo potētatu refugiū. Nō deſunt qui eū
ad hoc ſatis ſua ſponte aīatum ad inuadendū Italiā: ꝛ p̄ſertim
S. R. E. patrimoniū inuitēt: ꝛ oblatis munitiſſimis receptacu
lis ſollicitēt ꝛ incendāt. Supiori anno rem nefandiſſimā refe
ram inuictiſſime princeps: cū quidā filius perditiōis Buccoli
nus Gozonus in militari exercitio nō obſcure verſat9: dominā
di libidine accēſus: patriā ſuā Auximū Piceni ciuitatē natura

li munitiõe ꝛ ciuili bello inter Julium ceſarē ꝛ Gn·Pompeiū ꝛ
Gotbico a Belliſario Juſtiniani impe. duce geſto celeberrimā
bonis ciuib⁹ aut pulſis aut crudeliſſime necat⁹ occupaſſet in il
liuſqꝫ tyrānū ſe erexiſſꝫ:aīaduertēs conat⁹ ſuos aduerſus ſum/
mū ponti·ꝓualere nō poſſe:iratis nūcijs ipſi turco ꝓprie patrie
obtulit deditionē· Exhorreſceres ꝑfecto xp̄ianiſſime rex ꝓ tua
benignitate ꝛ religiõe:ſi videres deditõis cõditiones q̄ ab ex/
ploratorib⁹ intercepte apud nos ſunt ab hoc nefario latrone cõ
ceptas:ꝛ ab eodem turco admiſſas:ac ſuo cyrographo cõfirma
tas·Cū inter cetera abhomināda poſtulata miſſo Auximū de/
cē miliū tā equeſtriū q̄ꝫ pedeſtriū pugnatoꝝ exercitu ſub pena
capitis infra ſemeſtre ſpaciū totū Picenū ei ſubiugaturꝝ polli/
ceat̄:exquo illi vt ipſe affirmabat vniuerſe Jtalie imperiuꝫ illi
ſuccederet·Qđ quidē eueniſſet niſi ſūmus pon·Jnnocē·viij·vi
gilātiſſima diligētia maris ſumptib⁹ robuſtiſſimiſqꝫ copijs ꝑ/
ueniēs:turcoꝝ aduētū facinoroſū illū patrie ꝛ reipub·xp̄iane ꝓ
ditorē opprimi curaſſet· Neqꝫ enī eſt ambigendū quin Auximo
occupata paucis admodū dieb⁹ totū Picenū ꝓuinciā oīm ter/
raꝝ eccleſie fertiliſſimā:ꝛ inde breui tp̄e oēm Jtaliā ſibi turcus
ſubactur⁹ eſſet· At ſi Turcus qđ deus auertat vt ſepe molit⁹ eſt
ꝛ nunc quoqꝫ machinari nō deſinit Jtaliā oīm rerū fertiliſſimā
ꝛ terra mariqꝫ ſitus oportunitate ad marīas res gerēdas ꝯmo
diſſimā:potētiſſime ſue tyrānidi ſubijceret facilimū proculdu/
bio tranſitū ad reliquas xp̄iane reipu· ꝓuincias inuadēdas ha
beret· Ex quo quāta bone deus fideliū tuoꝝ ſtrages accideret
quantū ſanguinis effunderet̄:que calamitates que miſerie ſeq̄
rent̄· Neqꝫ enī turcoꝝ effera rabies ꝛ īmanis crudelitas: inex/
plebiliſqꝫ xp̄iani cruoris ſitis Jtalice finib⁹ cõtenta quieſceret:
ſed priſcos ꝛ ꝯtinuatos truculētiſſime gētis ſue mores nō deſe
rens:virib⁹ ꝛ locoꝝ oportunitate aucta: ſecūdoqꝫ ſucceſſu infla
ta vlteri⁹ ꝓgredi nō dubitaret:ꝛ quacūqꝫ ſibi iter igni et ferro
facere ꝛ xp̄ianiſſimū nomē ad qđ anhelat vbiqꝫ penit⁹ delere co
naret̄· Nemo aūt quātacūqꝫ potētia polleat adeo ſuis virib⁹ cõ

ſidat: vt excidiũ Italie deſes cernere: ⁊ crudeliſſimũ ac potẽtiſ ſimũ cõem hoſtẽ finitimũ ſibi fieri velit: inani illa ſpe forte ſub latꝰ: q̄ vel ſe ab illo tueri: vel illũ iã ſibi vicinũ facile ꝯficere poſ ſe p̄ſumat. Siq̄s ita affectus ē ꝯtempletᷣ queſo debilē ⁊ ſordidã huiꝰ impiiſſime natõis ex mõte Caucaſo originē: ⁊ quot ꝓuin cias: quot regna: quot impia ſibi ſubdiderit ſecũ cõputet: ⁊ p̄te ritoꝝ exẽplo ſibi ꝑſuadeat: niſi anteq̄ȝ ſedē belli in Italia occu pet: illi occurratᷣ de rebꝰ xp̄ianis actũ eſſe: q꜖ eiſdē artibꝰ quibꝰ ad hanc amplitudinē creuit (vtinã ſimus falſi vates) reliquũ Europe ſibi q̄n̄q̄ȝ ſubijciet. Cuiꝰ rei argumẽto ſunt ipi quoq̄ȝ Ro mani: qui diutiꝰ in acquirẽda tota Italia q̄ȝ in cetero orbe labo rauerũt. Proinde itaq̄ȝ ꝯſiderãs pius pr̄ ⁊ ſapiẽtiſſimus põtifex Innocē. viij. ⁊ certiſſimis vndiq̄ȝ nũcijs cõpertũ habens turcũ ex Hurimi recuperatiõe tã munito fruſtratũ refugio: nõ ꝓpte rea a cupiditate inuadẽde Italie deterritũ: ſed magis irritatũ marios inſolitoſq̄ȝ facere apparatꝰ ad aggrediẽdas primo re re terras eccleſie: vt cõtra oẽs potẽtatus Italie ſi etiã vniti ſibi reſiſtere pergãt ſupior eſſe valeat: nõ vltra morandũ ratus: ſta tuit inferre potius imaniſſimis infidelibꝰ bellũ q̄ȝ eos cuȝ tãto xp̄iane reipub. periculo in Italia ⁊ in viſceribꝰ terraꝝ eccl'ie ex pectare. Illoꝝ ℣o potẽtie etiã cũ tota Italia ſe imparē eſſe: reli quorũq̄ȝ principũ auxilia neceſſaria ſibi fore ꝯgnoſcēs: ⁊ ꝓbe ſci ens eos foris bella gerere nõ poſſe: niſi domi fuerint pacati: cũ dolẽter acceperit maieſtatē tuã: in qua exẽplo p̄deceſſoꝝ tuorũ plurimũ ſpei locauit: multas in hoc inclito regno cũ ex diſſenti onibꝰ inter te ⁊ ſubditos tuos ortis: tũ ꝓpter inteſtina bella in ter te ⁊ finitimos p̄ncipes ſubſtituta turbatões ꝑpeti: boni pa ſtoris officio fungẽs voluit vt celſitudini tue operam nr̄aȝ ſua aucte fundatã: ad ſedandũ cõponẽdũq̄ȝ eiuſmõi diſcordias cõ feremus. Qḋ quidē eo ꝓpenſiori aĩo facimus quo clariꝰ intelli gimus inteſtina iſta diſſidia: nõ ſine extrema totiꝰ reipub. xp̄i ne ꝑnicie exerceri. Quibus ſublatis dum adhuc integre vires ſuppetunt vnanimes: ⁊ vnitis copijs vna cũ ſummo põti. atro

ciſſimū cōem hoſtē a xpianoꝝ ceruicibus glorioſiſſima p̄deceſ‑
ſoꝝ exempla ſecuti facilius ꝓpulſare poteritis·Tuum igit̄ erit
xpianiſſime rex:quid in hoc ſanctiſſimo pacis opere nos agere
velis libere cōmonere: Noſtrū vero tua monita ꝓmptiſſime ca
peſcere· Cum aūt diſſidia bella ⁊ turbationes regnoꝝ ſoleant
plerūq3 delictis tā principū q̄3 pploꝝ iram dei ꝓuocātibus exo
riri·Cui⁹ rei domeſticū habes exemplū xpianiſſime rex. Naz vt
eſt in annalib⁹ regijs dum Robertus francoꝝ rex Hugonis ca
pet filius Aurelianis pro impetrāda pace deū intentiſſime ora
ret·Reſpōſuz accepit a crucifixo nō habiturū ſe pacē: donec no
toria crimina que in ſuo regno cōmittebant̄ penit⁹ extirpaſſet.
Uiſum eſt ſanctiſſimo·D·N.pio paſtori ⁊ vniuerſali aīaꝝ patri
īnumeros abuſus ⁊ grādes exceſſus quos in regno tuo vigere
nō ſine ingenti animi merore p̄cepit a nobis maieſtati tue com
memorari:eāq3 enixiſſime exhortari: vt clare memorie Ludoui
cū p̄rem imitata illos oīno ſtudeat abolere· Aut nobis in ipſis
euellēdis auxiliū ⁊ fauorē ſuū impēdat ⁊ cū effectu iubeat impē
di.Qui ꝑfecto ſunt adeo graues atq3 notorij vt diuīa ſit meri
to ex eis formidāda vindicta:cū aduerſus ſcām Ro·ec·oīm xpi
anoꝝ matrē atq3 magiſtrā religionemq3 xpianā ⁊ dn̄m nr̄m Je
ſum xp̄m publice perpetrent̄:cū per illos altare cōtra altare ere
cto dei vicarius ſummus pontifex oīm Gallice nationis eccle‑
ſiaꝝ btō Innocētio atteſtāte fundator contēnat̄:eiuſq3 in vni‑
uerſali eccleſia p̄matui illo verbo fundato quo cōdita ſunt vni
uerſa paruicaciſſime reſiſtat̄.Cū reuerendiſſimoꝝ ep̄oꝝ alioꝝ
q3 venerabiliū prelatoꝝ dignitas poteſtas ⁊ iuriſdictio peſſum
det̄ ⁊ cōculcet̄:diuino humanoq3 iure violato:etiam ipſa eccle
ſie ſacra nō recte diſpenſent̄·Quo quid poteſt eſſe ī dei eccleſia
peruerſius:quid confuſius:quid deniq3 abbominabilius· His
igit̄ erroribus occurrendū eſt xpianiſſime rex:imitandiq3 ſunt
illuſtriſſimi ꝓgenitores tui:qui qm̄ ſancte ſedi ap̄lice verbo ⁊
opere obediētiſſimi extitere:eoꝝ ſucceſſus glorioſus deus miri
fice felicitauit·Nec patiendū eſt benignā ⁊ religioſam mentem

tuam quorundã hominũ:qui rerum nouaꝝ ſemper cupidiſſimi ſunt:ꝛ ꝓprio cõmodo ſtudent preſtigioſis ſuaſionib⁹ ſeduci·Sꝫ illi cũ exceſſibus ſuis ſunt aucte regia ꝯpeſcendi· Quos quidẽ exceſſus ꝓpter eoꝝ multitudinẽ exp̃ſſim duximus ex ſcripto re citãdos:vt clarius ꝛ certi⁹ a te perſpecti:maturius quoqꝫ valeant ſuccidi·Eorũqꝫ abolitione oĩpotenti deo placato ꝛ aĩarũ ſaluti:quã ſummus pon·pro paſtorali officio totis p̃cordijs affectat:cõſulat̃:ꝛ pax ac trãquillitas celſitudini tue: regnoqꝫ tuo: quib⁹ cũcta ꝓſpera cupit quãtocitus reſtituat̃·Qua parta vnanimi ſtudio ꝛ vnitis virib⁹ ſanctitas eius cum tua ſublimitate ad hanc ſcãm cõtra truculẽtiſſimos turcos expeditionẽ facili⁹ ꝛ cõmodius vacare queat· Verũ qꝛ ad ĩmenſam ſeuiſſimamqꝫ Turci potentiã cõtundendã preſentaneũ remediũ:fortiſſimũqꝫ preſidiũ ab oĩbus harũ rerũ peritis iudicat̃: ſi frater ei⁹:qui nunc in hoc inclito regno tuo prioris hoſpitalis ſancti Johannis hieroſolymitani noĩe cuſtodit̃:in ſummi põtificis poteſtatem traderet̃·Iniunxit nobis eius beatitudo: vt ſuo noĩe illuꝫ abs te xp̃ianiſſime rex accuratiſſima cũ inſtantia requiramus· Ap̃licis itaqꝫ iuſſionibus obtẽperãtes:ſublimitatẽ tuam hortamur:vt vnius infidelis hoĩs in ſummi pontificis manus traditione id agere velis:qđ olim progenitores tui tantis impenſis laboribus atqꝫ periculis: vt oſtendimus effecerũt· Liberabis enim nõ ſoluꝫ terras eccleſie:totãqꝫ Italiã:ꝛ ſucceſſiue reliquũ xp̃ianũ orbem tanto diſcrimine:verũ ꝛ certã in ſpem erigis xp̃i fideles Conſtantinopolim ſaltẽ:ꝛ reſiduũ Europe de crudeliſſima nunc barbaroꝝ ſeruitute recuperãdi·Neqꝫ enĩ ſi homo iſte in ſummi pontificis manibus vti ab eo ſepenumero petit⁹ eſt: poſitus extitiſſet: Turcus ipſe tẽpore occupationis Auximane quicq̃ꝫ cõtra terras eccleſie moliri auſus fuiſſet:ꝛ nunc vt facit eas terreret inuadere:ſed ei potius domi ſue:vt põtifex parat: expectandum eſſet incendium· Vide inuictiſſime princeps q̃ꝫ parua re maximo beneficio Romanã eccleſiã matrem tuam afficere queas·Et conſidera quanta proſperitate priuatur chriſtia/

na reſpublica ex iſtius hois in ocio marceſcētis retētione. Qđ ſi cogitaris ſperat ſummus pontifex: imo ſibi pſuadet te hono/ris regij memorē matri tue periclitāti hoc taȝ facili auxilio opi tulaturꝝ. Cū preſertim hieroſolimitanus prior a quo captus eſt homo iſte idem velit: idē cupiat: idem petat. Et clare memorie Ludouicus prī tuus: tuaqȝ celſitudo eidē priori firmiter ꝓmiſe rit ad eius libitū ex hoc inclito regno tuo captiuū iſtū abſqȝ vl/la ꝯdictione abduci ꝑmittere. Ludouicuſqȝ rex prudētiſſime in telligens prout erat ſapientiſſimus religioſiſſimuſqȝ hmōi rem ad fidē xpianā: cuius ſummus pontifex caput ⁊ princeps eſt ꝑ/tinere: nō prius hunc hoīem regnū ſuū ingredi ſit paſſus ꝗȝ lit teras aplicas a btē me. Sixto papa. iiij. ea de re recepiſſet. Nō ꝑ mittas itaqȝ xpianiſſime rex ſummū pontificeȝ diutius ob hoc aīo triſtari: nec maioribus ꝗȝ perpeſſus ſit affici detrimētis: ſȝ remotis quibuſcūqȝ impedimētis Turcū iſtū ad manus beatu/tudinis eius: ad quē ſpectat libere perduci ſinas. Ex quo ⁊ im/mortalē laudē ⁊ ſempiternū apud deū ⁊ aplicam ſedem meritū conſequeris.

Finis.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Inc. 1277